



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 45. Gebhardus publice sacrilegas suas nuptias cum Agnete celebrans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

cidat, & Collegio, sive iis, ad quos Sæcu  
XVI.I.  
 ea res jure, vel consuetudine pertinet, A.C. 1583.  
 in ejus locum alium eligere, ac consti-  
 tuere fas sit.

Hæc decisio unanimi suffragio ap-  
 probabatur, lubenti animo etiam con-  
 sentientibus Cæsarî Oratoribus: inde  
 vero hujus Archiepiscopi fautores gravi  
 terrore percellebantur.

§. XLV.

*Gebhardus publice sacrilegas suas nu-  
 ptias cum Agnete celebrans.*

Postquam Malaspina summi Pontificis Tuan. l. 78.

Nuntius die trigesima prima ejus-  
 dem Mensis Coloniam veniens fidem  
 fecerat, quod Cardinalis Legatus a  
 Sanctitate sua decretus brevi adventu-  
 rus esset, novus Conventus die prima  
 Februarii habebatur, atque omnes tres  
 Provinciæ Ordines contra Truchsesium  
 promulgabant edictum, quo ipsum plene  
 convictum declarabant, ab ipso in Im-  
 perio seditiones motus excitatum iri:  
 itaque Senatus Fridericum Saxonem  
 Lovenburgicum Coloniæ Canonicum  
 nominat, ut cum exercitu in hunc  
 Præfulem moveret, arcisque ab eo  
 inique usurpatas recuperaret. Tum  
 Gebhardus angustiis undique pressus,  
 prædationibus inhiat, ac vindictæ libi-  
 dine incensus Syngraphas, diplomata,

ac

**Sæcul. XVI.** ac totum Bonnense Archivum incen-  
**A.C. 1583.** dit, excepta quadam parte, quam Nuen-  
 narius Comes secum abstulit: eadem  
 autem die, qua comitia solvebantur,  
 Truchsesius nefandas suas nuptias cum  
 Agnete Mansfeldia initas promulgabat,  
 easque in valle rosarum (vulgo *Rosen-*  
*thal*) solemini ritu celebrabat: postea  
 vero cum novo suo scorto, ac Bipon-  
 tino Duce Bonna discedens, Carolum  
 Fratrem suum unacum valido præsidio  
 ibidem reliquit, ac Dillenburgi Joan-  
 nem Nassovium Oranii Principis Fra-  
 trem invisit: interea Nuenarius Comes  
 copiis a Belgio adductis auctus totam  
 Provinciam longe, lateque devastabat,  
 donec Casimiri Palatini Principis mili-  
 tes adventarent: verum Imperator da-  
 tis ad eundem literis eum hortabatur,  
 ne pacis obstaculum opponeret, cum de-  
 re amice componenda agatur: idem  
 quoque Imperator ad Parmensem Prin-  
 cipem perscripserat, qui Capitulo Co-  
 lonensi opem ferre promiserat.

§. XLVI.  
**Archiepiscopus ad abdicandum Elec-**  
**ratum a Cæsaris Deputatis**  
**sollicitatus.**

**Thuan. l. 78.** Cæsar ad Truchsesium ablegabat Stu-  
 bingum Baronem, qui de nova Re-  
 ligionis professione, ac ejus matrimo-  
 nio